M 3775

Ex.

Friedrich Wilhelm Fürsten
Obermüglitz bey Teyrau 1796.
Heinrich Fürsten Reuss Teyrau
1830.
Rudolf Fürsten Reuss Teyrau zu
Kreutzburg 1870.

6975

KÖNIGLICHE AKADEMIE DER KÜNSTE BERLIN HOCHSCHULE F. MUSIK

M3775 *

TABVLATVRA

CONTINENS INSIGNES ET SELECTISSIMAS QVASDAM FANTASIAS: cantiones Germanicas, Italicas, ac Gallicas: Passemezo: Choreas: & Mutetas, Iam primum in lucem æditas.

PER BENEDICTVM DE DRV-SINA ELBINGENSEM.

Quarum ordinem ac numerum sequens pagina indicabit.

1556

FRANCOFORTI AD VIADRVM IN OFFICINA IOAN. EICHORN.

17.06.85

INDEX.

Fantasia.	1
Fantasia.	2
Fantasia.	3
Fantasia.	4
Ich rew vnd klag.	5
So wündsch ich jhr.	6
Wer wolt jhr m.	7
Le content.	8
Adiu mes amours.	9
O sio potessi donna.	10
Ie prens engre.	11
Deus deuble deul.	12
Damour me plains.	13
Madonna ardo per uoi.	14
Ie cherce antant.	15
De uostre amours.	16
Reuiens uers moy.	17
Sedire laso.	18
Fille qui prend.	19
Quando io pens.	20
Quanto o Madonna.	21
Frays & galiard.	22
Doulce memoire.	23
Passemezo.	24
Passemezo.	25
Passemezo.	26
Passemezo.	27
Bel fiore.	28
Non dite may.	29
La rochael fuso.	30
Tantz.	31
Tantz.	32
Tantz.	33
Tantz.	34
Tristitia.	35
Per illud aue.	36
Domine miserere.	37
Pater peccaui.	38
Dilexi quoniam.	39
Dum complerentur.	40

INCLYTO ET ILLVSTRISS. PRINCIPI ERICO GVSTAVI ELECTO REGI SVECORVM, GOTTHORVM ET VANDALORVM. S. D.

MVsicæ studium priscis illis temporibus, ita habitum est in precio, (præsertim apud Græcos) ut nemo haberetur liberaliter institutus, qui in ea exercitatus non esset. Appellabatur enim ἄμουσος, & prorsus indoctus iudicabatur, qui non aliquam ei studio operam impendisset. Quare & Themistocles indoctior habitus est, quod in conuiuio recusasset lyram, & laudatus Epiminondas, qui artem illam calleret, nec interdum exercere erubesceret. Neq; hoc cuiquam mirum uideri poterit, si diligentius & priscorum hominum consilium & Musicæ præstantiam ac utilitatem expenderit. Habet enim hoc Musica in se latentis energiæ, ut non solum fessos studio & laboribus animos, harmoniæ suauitate demulceat, exhilaret, reparet ac sibi restituat, uerum etiam ut affectus hominum aut concitet aut moderetur, adeo ut efferatos etiam ad lenitatem & mansuetudinem traducat. Id quod olim Poëtæ per Orphea & Amphiona syluas & saxa mouentes, & feras mitiores reddentes, tectè expresserunt, quæ quamuis fabulosa uidentur, nata tamen sunt hæc ipsa figmenta ex artis miraculis. Et satis Musicæ uim declarauit Timotheus, Alexandri magni Musicus qui Alexandrum certis quibusdam modulis ad arma concitare, & mutatis rursum uocibus cohibere solitus fertur. Dauidem quoq; Sauli succurrisse cythara sua, cum furore corriperetur, sacræ literæ testantur. Sed nec Pythagorici in tanta uitæ austeritate, lyra usi fuissent surgentes & cubitum concedentes, nisi admirabilem eius uim in sedendis animi motibus experti fuissent. Quę causa et Socratem mouit, ut iam senex Musicæ operam daret.

Sensit enim uir prudentissimus, laxamentum & recreationem animi, rem omnino necessariam esse, idq; inprimis in uita utile, ut animi optimo moderamine ita temperarentur, ut nec mœrore delecti torperent, nec rursum plus æquo insolescerent. Quod ipsum animaduertens Plato, Musicam adeo ad Rempub. pertinere arbitratus est, ut de ea diligentissime cauerit. Nec ulla gens usquam tam feris fuit moribus, à qua prorsus exularit Musica, quin potius ad Deum autorem omnes tam frugi inuentum retulerunt. Porro cum uaria sint instrumentorum genera, quibus Musica exerceri potest, plurimum inter cætera tum suauitatis, tum commoditatis in utendo præbere uidetur, id instrumenti genus, quod à forma testudinem appellant, per quod protensæ chordæ, legitimis interuallis in collo (quod ueluti manubriũ quoddam est) distinguuntur, quæ cum læua contrectantur, occupata interim dextra in chordarum pulsu, auribus amicã reddunt harmoniam. Huic instrumento in Italia agens, aliquandiu uacaui, peragratis postea multis regionibus complures optimi generis cantiones à præstantissimis artificibus adeptus sum. Hoc cum non obscurum esset nonnullis amicis meis, non destiterunt me precibus obtundere, ut selectiores quasdam, partim ab alijs, partim à me ipso in tabulas redactas inuulgarem, id quod tandem post multas reluctationes impetrarunt. Cogitanti autem mihi cui potissimum has laborum meorum primitias dedicarem, optimum mihi uisum est, eas sub fœlicis tui nominis auspicio in publicum prodire, Princeps illustriss. ut meæ ergo Maiest. T. obseruantiæ extaret argumentum, imitatus ueterem agricolarum ritum, qui frugum primitias religiose Dijs offerebant, ut pietatem suam hoc modo testarentur. Has autem cantiones (licet indignæ sint, quæ tanto regi mittantur) non ingratas tamen Maiestati tuæ fore confido, quod nota mihi sit singularis Maiest. Tuæ in literas & literatos, ac Musicæ cultores voluntas ac fauor. Tibi igitur Princeps Illustrissime hoc quicquid est laboris summa cum reuerentia offero, submisse rogans ut libellum exiguum Maiestas tua, læta fronte susc̃ipere dignetur. Quod si hunc ipsum Maiest. Tua non grauatim susceperit

susceperit & comiter approbarit, maiora & præstantiora olim sub nominis tui auspicio publicare aggrediar. Dominus Ihesus Maiestatem T. quam diutissime seruet incolumen. Francoforti, cis Viadrum pridie Calend. April. Anno 1556.

Maiest. T.

Addictiss.


Benedictus de Drusina
Elbingensis.

EPIGRAMMA.


Inuentor Citharæ, Ioue natus, & autor amicæ,
Hunc ubi uulgatum uiderat ipse librum.
Carmina miratus numeris tàm consona cunctis,
Pollice per querulas emodulanda fides.
Me nisi cuncta meæ fallunt præsagia mentis,
Dixit, Arioniæ, laus erit iste lyræ.
Primus & in patriam secum, (modo uita supersit)
Aönia lepidas ducet ab arce Deas.
Pluraq; mox dabit, his non inferiora, sed ipsa,
Prorsus Apollinea carmina digna cheli.

C. Pannon.


Fantasia .1.




Fantasia .2.








Fantasia 23.








Fantas. 4.




Jch rew vnd klag


So wunsch
ich ihr


Wer wolt ihr in ehren
nicht sein holt.
H: Hofman.



Le, content.


Adiu mes amours.


Verte folium.




Ò ſio poteſsi donna, 






Ie prens engre.







Deul deuble deub.






Dãmour me plains.








Madonna ardo per voi.
























Ie cherche antant amour.















De vostre amours.











Reuiens vers moy.


Sedire laso.


Fille qui prend.


Quando io pens.al martire
Ex Gallico transl:
V: B:







Quanto o Madonna



Fraus & galliard.






Doulce memoire,
en plaiſir :



SEQVVNTVR PASSE♭ MEZO ALIQVOT Et Choreæ Italicæ:


Passe♭ mezo



Saltarello.





Passe, mezo
.2.




Saltarello.









Paſse, mezo.
3.



Saltarello.






Paſse, mzeo
·4·







Saltarello.


Bel Fiore.

Non dite mai






SEQVVNTVR CHOREAE GERMANICAE.


Tantz
Sprunck.



Tantz
Sprunck

Tantz







Sprunck.




Tantz









Sprunck










SEQVVNTVR MVTETAE QVATVOR ET Quinque Vocum.

Triſtitia.





Per Illndane.
2. Vocnm




Domine Miſerere. 4. Vocum. ℌ. ℳ.






Patèr peccaui .
4. Vocum.





Quanti Mercenarij,
Secunda Pars.




Dilexi quoniam.
4 Vocum.














Dum complerentur.
Quinq; Vocum.



FINIS.

Tabulatura continens et selectissimas quasdam Fantasias
cantionum Germanicar, Italicar et Gallicar passim,
Chorear et Hortatar p. Benedictum d. Drusina Celbergensem. 1536
Francfurti ad Viadrum in officina Joan. Eichhorn.

complet bis auf 2 Bl.
Stadt 200 M. (Ex i. s. Stadtbl.
f Leipz

H. Kemp

695

KÖNIGLICHE AKADEMISCHE HOCHSCHULE F. MUSIK BERLIN

M3775 *

II 210/58

TABVLATVRA

CONTINE… …S ET
SELECTISSIM… …ASIAS:
cantiones Germa… …mezo:
Choreas:

PER BEN… …ORV·
SINA…

Qu…

1 5

FRANCOFOR…



17.06.85